

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Conuersacio a  
cum fonte primo

In diuersis obseruationibus nulla disciplina  
melior graui et prudenti Christiano  
nisi ut eo modo agat quo agere uiderit ecclesiam  
ad quam forte deuenerit

Alia uero, quae per loca terrarum regionesque  
uariantur, sicuti est, quod alii ieunant sabbato,  
alii non, alii cotidie communicant corpori  
et sanguini dominico, alii certis diebus accipiunt,  
alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur,  
alibi sabbato tantum et dominico,  
alibi tantum dominico  
et si quid aliud huius modi animaduerti potest,  
totum hoc genus rerum liberas habet  
obseruationes nec disciplina ulla est in his  
melior graui prudentique Christiano,  
nisi ut eo modo agat, quo agere uiderit ecclesiam,  
ad quamcumque forte deuenerit.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 54.2  
(CSEL 34.2, A. Goldbacher ed., p.160, ll.4-13).

ad discendum quod opus est.

Augustinus de doctrina Christiana.

quamquam enim te multo, quam ego sum,  
aetate maiorem tamen etiam ipse iam senex  
consulo; sed  
ad discendum, quod opus est,  
nulla mihi aetas sera uideri potest.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 166.1  
(CSEL 44, A. Goldbacher ed., p.546, ll.2-4).